Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Acta et passio beati felicis martyris atque pontificis urbis Romae uia Portuense mense iulio die XXUIIII

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

beata beatrix una cum beatis crispo et iohanne
presbiteris. et cum aliis christianis. leuauerunt cor
pora sanctorum martyrum. simplicii et faustini
de fluuio. et sepelierunt ea in sexto philippi. quar
to kl augustas. et haec ut diximus beata beatrix.
nomine eorum germana soror. postea quam sepul
turam suis fratribus martyribusque christi fecit.
Tunc uenit ad uenerabilem lucinam. et apud eam
morata est per menses septem. In quo omni spatio
semper duae cornicule cum singulis nucibus ad
uenerunt. Factum est autem ut quoddam quod
fuerat beatae beatricis commune praedium. cum fratribus.
uicinus possessor ambiret. Tunc itaque fecit te
neri beatam beatricem. et duci ad sacrificandum
nefandissimis idolis. Tunc beata beatrix dixit
ad eos. Ego non sacrifico demoniis quia christiana sum.
Tunc lucretius dixit ad eam. accede nunc et sacri
fica magne deae dianae. et libera te aduersis
suppliciis. quae te expectant. Tunc beata beatrix
exclamauit uoce magna. dicens ad eum. Numquam
tibi bene sit lucreti. ego non dixi tibi. quia christiana
sum. et dei mei domini christi sum ancilla. et reprobis
idolis tuis numquam sacrifico. Tunc iussit eam
lucretius carcerali custodiae mancipari. quousque
dea cogitaret. Cumque in illius nomine obstitisset.
fecit eam ambitiosus uicinus lucretius praefocari
noctu a seruis suis. et sic tradidit spiritum domino. quam
etiam sancta ac uenerabilis lucina una cum suis
sanctissimis fratribus. ibi in sexto philippi sepeliuit.
quarto kl augustas. post haec autem ingressus
est praedium sanctorum. et fecit lucretius conuiuium.
in quo insultans dei sanctis. dum epularentur. et esset ibi
mulier quaedam. quae filium suum lactabat. ille
infantulus pannis inuolutus. uocem emisit in conui
uio coram omnibus dicens. [illegible] Audi lucreti. occi
disti et inuasisti. ecce traditus es in potestatem
inimici. Ad hanc uero uocem in pallium lucretius
et tremor. ac timor inuasit super eum. statimque
etiam satanas in eum ingressus. Ibi in conuiuio

per tres horas uexauit eum quousque tolleret spi
ritum eius. Tantus autem metus fuit ad omnes
qui aderant. ut simul omnes ad christianos confugium
facerent. et christiani facti omnibus enarrarent.
passionem sanctae ac beatissimae martyris beatri
cis uirginis christi. in conuiuio uindicatam. Lucinae autem
uenerabilis feminae. cum fugeret asperitate
territa passionis. apparuit ei sancta dei beatrix di
cens ei. noli abscedere. quia in hoc mense pax da
bitur ecclesiis christi. quod factum est domino auxilian
te. cui est honor et gloria. potestas et imperium
una cum deo patre in unitate spiritus sancti. per omnia
saecula saeculorum. amen.

EXPLICIT PASSIO SCORUM MARTYRUM
SIMPLICII. FAUSTINI ET BEATRICIS

INCIPIUNT ACTA ET PASSIO
BEATI FELICIS MAR ATQ PONTIFIC
VII. URBIS ROMAE UIA PORTUENSI
MENSE IULIO. DIE XXVIIII.

Fuit autem temporibus constantii filii con
stantini magni principis. usque ad constantium au
gustum. liberius quidam papa urbis romae. qui testi
o huc exilio depositus est a constantio. eo quod
minime uoluisset heresi arrianae consentire. et
fecit in exilio annos tres. et congregantes se sacer
dotes cum uniuerso clero romano. ordinauerunt
in loco eius felicem presbiterum urbis episcopum uene
rabilem uirum. et fecit concilium idem felix. et in
uenit duos presbiteros romanos. consentientes con
stantio augusto arriano. nomine ursacium et ua
lentem. et damnauit eos in concilio. coram qua
draginta et octo episcopis qui fuerunt congregati.
hic quoque declarauit constantium filium constantini au
gusti hereticum. et secundo rebaptizatum ab eu
sebio nicomediense. iuxta nicomediam in aquilone
uilla. et pro hac declaratione. eiectus sanctis
simus felix de episcopatu suo. a con stan
tio augusto filio constantini augusti. hic fecit
basilicam uia aurelia. cum presbiteriu honore

fieret eius. et in eadem basilica emit agrum circa
locum quem optulit ecclesiae quam fecit. Post pau
cos autem dies. zelo ducti ursacius et ualens prbi.
rogauerunt constantium augustum. ut reuocaret
liberium papam de exilio. ut una tantummodo
communionem participaret. excepto rebaptizare.
Tunc missa auctoritate per catulinum agentem
in rebus. et simul ursacium et ualentem. uener
ad liberium papam urbis romae. qui liberius con
sensit praeceptis augusti. ut una participatio
conueniret communionis. Tunc reuocauerunt
liberium de exilio. Rediens autem papa de ex
ilio. habitauit in cymiterio scae agnae martyris.
apud germanam constantii constantiam augustam.
ut quasi per eius interuentionem rogatus re
diret liberius in ciuitatem romanam. Tunc
constantia augusta. quae fidelis erat in dno ihu
xpo. noluit rogare constantium augustum ger
manum suum. eo quod consenserat consilium eius.
Eodem autem tempore constantius augustus
una cum ursacio et ualente. conuocauerunt ali
quos qui ex fide arriana erant. et miserunt et
reuocauerunt liberium papam de cymiterio
scae agnae martyris. et ingressus est romam.
In ipsa autem hora. constantius augustus. fecit
concilium cum hereticis. simul etiam cum ursatio
et ualente. et eiecit scm felicem urbis epm de epis
copatu suo. qui erat catholicus et timens dm et
iustus homo. et reuocauit liberium in locum suum.
Ab eodem uero die. fuit persecutio maxima in clero.
Ita ut intra ecclesiam. presbyteri. et clerici
necarentur. et martyrio coronarentur. Tunc
depositus est scs ac beatissimus papa felix
de episcopatu suo. et habitauit in predio suo.
quod est uia portuense. et leuatus exinde. et
ductus in ciuitatem coronam. et passus est ibi.
Capite truncato. et martyrio coronatur. quarta
idus nouembris. exinde raptum corpus eius
a presbyteris et clericis. et sepultum in basilica
quam ipse construxit. uia aurelia. quinto decimo
kl decembris. in miliario secundo. cuius nata
litia celebratur quarto kl augus
tas. ad laudem et gloriam no
minis sui. usque in hodiernum diem.

EXPLICIT PASSIO SCI FELICIS
MARTYRIS ATQ PONTIFICIS.

VIIII INCIPIT PAS BEATE SERAPHIE
VIRG

Cum dies itaque metuendus persecutionis innotu
isset xpianis. multi etiam per orbem terrarum
subirent in nomine xpi martyria. Erat sca uirgo
seraphia apud oppidum uendonensium. ciuis an
tiochena in domo sabinae. quae fuit uxor ualentini.
et filia herodis cuiusdam metallarii. Cum eius
igitur filia memorata sca seraphia moraretur.
suadens etiam illam. ut ihu xpi dni notitiam ge
reret. Credens itaque sca sabina in dno ihu. cresce
bat in fide et bona conuersatione. Ad quam
tunc misit berillus praeses. ut sanctam di uirginem
raperet ad tribunal. Primum quidem inlus
trissima femina sca sabina adhibitis pueris
seu puellis restitit illis. et post paululum dixit
ad eam sca seraphia. Domina mea mater. permitt
te mihi ut eam. tu tantummodo ora et fidens
esto in dnm ihm xpm. Credo enim ego. et si indigna
et peccatrix sum. quod dignam me faciat dns
meus ihs xps. scis suis ancillam suam. Dicit ad eam
sabina. filia mea et domina mea uirgo seraphia.
aut uiuere tecum. aut mori tecum debeo. non
te dimittam. et cum et sabis imminerent. iussit sibi
parari basternam. et perrexit ad pretorium.
Cumque nuntiatum fuisset presidi. sabinam illustris
simam feminam. ante fores praetorii stare. habens
et iam secum xpianam illam seraphiam.
Quo audito preses surre[xit]. et egressus
in porticum pretorii. hono[rauit eam] et dicens.
Quid tibi ipsa derogas. aut quare temet ipsam
uilem reddis. Aut quare non consideras quae es.